



**Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi  
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Coloniae, 1697**

XXXII. De conversatione Conjugatorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](#)

De conversione Conju-  
gatorum.

TIT. XXXII.

De Conjugatorum ingressu & profes-  
sione dubitari poterat, ex quo Reli-  
gio votum contineat castitatis,  
quod usui matrimonii repugnat.

*Licetne igitur Conjugatis ingredi  
Religionem?*

**L**icet, modò hoc faciant mutuo con-  
sensu: tamen, ut marito ingredi-  
ente, etiam **xor** Religionem aliquam  
profiteatur, vel saltem castitatem pro-  
muntat, si non sit suspecta de inconti-  
nentia ; veluti si sit senex ac sterilis. *c. 4. &c. 18 h.t.*  
Qui verò invita vel ignorantē uxore,  
Religionem profiteretur ea repetante co-  
gitur ad uxorem redire. *c. 3. h.t.*

*Quid si uxor interim moriatur, antunc  
maritus reddè aliam ducet?*

Nequaquam, quia semel vovit casti-  
tatem: quamvis non sit cogendus ad i-  
dem monasterium reverti, cū professio  
illi Regulæ facta, non fuerit legitima.

Atta.

*id. c. 3. §.  
c. 12. eod.* Attamen consultius fecerit, & beneficiuti consulet, si mortua uxore, ad idem monasterium redeat.

*Quid interest inter non conjugatum,  
sponsalis cum aliqua etiam depre-  
senti contraxerit, & con-  
jugatum?*

*Quod non conjugatus, contractis li-  
eet sponsalibus etiam de praesenti po-  
lit, invita quoque sponsa, & con-  
sponsa, invito sposo, Religionem in-  
gredi: quia tales per consummationem  
matrimonij suadum sunt una catof-  
fecti, & propterea potest unus ad Deum  
transire; & alter in saeculo remanet.  
At conjugati, mutuo & libero con-  
su Religionem aliquam professi, adeo  
tententur eam servare, ut licet quis nun-  
quam monasterium intraverit, altera  
corum mortuo, cum alia contractum  
matrimonium sit nullum ipso jure*

*e. 2. h. r.*

*e. Ex  
part. 9.  
eod.*

### De Conversione Infidelium. TIT. XXXIII.

*Qui hic veniunt nomine Infidelium?*

**O**MNES, qui Christiani non sunt, ne  
edam